

diarum distant ab Episcopis.

- 18 ¶ Decima septima conclusio. Ex Compendio Indico Societatis verbo, Confessarij §. i. Confessarij semel approbati à Præposito Generali, vel ab aliquo Episcopo, possunt in utraq; India confessiones audire, sine alia ulteriori approbatione, vel licentia. Grego. 13. 8. Septembris anni Domini. 1573. ad decennium, quam concessionem postea idem Pontifex extendit ad aliud decennium, finendum tamen. 11. die Augusti, ut patet ex litteris Apostolicis manu scriptis pag. 16. & 39. Hac gaudebunt omnes sic approbati, & à Superioribus, ad audiendas confessiones expositi. Hęc ibi. Quam concessionem Gregorius. 14. die. 21. Septembris anni Domini. 1591. ad alios, 20. annos extendit.

¶ Circa hanc concessionem animaduertendum est, qđ confessores Indorum ex Ordinibus Médicatibus à suis Superioribus electi, & deputati in suis Capitulis Provincialibus ad Indorum confessiones audiendas, vel etiam extra Capitula Provincialia, electi per Provincialē ad id habentem autoritatem à Capitulo Provinciali, non indigent presentatione; sed neq; approbatione Episcoporum

vt ma